

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Daniel Moberger

**Dissertatio Medica De Causis Cur Suecici Milites Et Procul Patriae Et Magnis  
Belli Sustinendis Laboribus Valent**

Rostochii: Literis Adlerianis, MDCCCIV.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1006709398>

Druck

Freier




Zugang



OCR-Volltext

R.U. med 1804.

Daniel Moberger



*strategetria*

DISSE<sup>R</sup>TATI<sup>O</sup> MEDICA  
DE CAUSIS  
CUR SUECICI MILITES ET PROCUL  
PATERIAE ET MAGNIS BELLI  
SUSTINENDIS LABORIBUS VALENT.

PRO IMPETRANDO  
IN ACADEMIA ROSTOCHIENS<sup>I</sup>  
GRADU DOCTORIS  
MEDICINAE ET CHIRURGIAE

SCRIPSIT  
**DANIELIS MOBERGER**

SUDERMANNO - SUECUS  
CHIRURGIAE MAGISTER  
REGII COLLEGII SANITATIS ET SOCIETATIS MEDICAE HOLMIENSIS  
MEMBRUM  
LEGIONIS WESTMANLANDICAE CHIRURGORUM PRINCEPS.

ROSTOCHII  
LITERIS ADLERIANIS MDCCCLIV.

1804

ACADEMIA COMMENDATIONIS

NOBILISSIMO ET GENEROSISSIMO

D O M I N O

*P. A BRÄNDSTRÖM*

MAGISTRO EXCUBIARUM GENERALI

ET DUCI REGIMENTI WESTMANLANDICI

SECUNDICERIO ET EQUITI ORDINIS AB ENSE

REI.

HANCCE DISSE R TATIONEM

OMNI QUA PAR EST REVERENTIA

D. D.

A U C T O R.

Слово о полку Игореве

о химос

моят сдѣланъ я

на вѣтъ вѣнчанъ

и сдѣланъ вѣнчанъ

и сдѣланъ

и сдѣланъ

и сдѣланъ

и сдѣланъ

и сдѣланъ

**Q**uamquam milites Suecici, Serenissimo Duce, peramat  
*JOANNE*, regni herede Suecici, bello, quod grave gesse-  
runt, omnibus anni temporibus egerunt, tempestates in-  
opiasque sustulerunt et in regione quidem valde a sua dif-  
ferente, et victum, cui non erant adsueti, assumere coacti  
fuerunt, tamen ipsorum valetudo omni hominum memo-  
ria dignissimi belli — tempore omnino bona, melior, quam  
ceterorum; — quaenam sunt caussae? Responsio certe  
haud vilis; simulque ut legi, dissertationem inauguralem  
scribendi in promotione mea a Rostochiensi Medicinae fa-  
cultate illustri dictae, satisfaciam, ipsam ferre ausim. An-  
tequam vero has causas exponam, brevibus itinera nostra  
morbosque exercitum delapsos narrare liceat, — longius  
enim exponere munera mea in itinere impediunt.

Calendis Junii anni praecedentis copiae Suecicae in insula Rugia sunt expositae. Tristis fuit tempestas in transvectione et permulti fuerunt homines in spatio tam angusto; at nullus, si singulorum, qui Pleuritide et Pneumonia lababant, quorumque duo mortui sunt, non habueris rationem, aegrotavit. Septimo Idus Junii Rostochium ingressus optime se habuit exercitus dum fuit in terris Mecklenburgicis, quod etiam Potsdamum iter faciens, evenit; immo vero usque ad id tempus, quo ad Lipsiam confixerunt, nonnulli tantum morbum sunt nacti, quod magis mirandum, quia a sedecimo ante Calendas Augusti usque ad decimum ante Cald. Novbr. sub dio nobis fuit pernoctandum, noctesque erant perfrigidæ. Ad Bernburgum Koethenium, que diarrhoea pervasit milites, quae partim ex vehementer et pluvioso coelo, partim ex prunis viridibus assumptis, quae illis copiosissima sunt, orta est. — Multos fortium Borussiae Russiaeque virorum corruit typhus malignus, nostrorum tantum paucos.

Plurimi, diarrhoea inquietati, convaluere Lipsiae vel illius finibus, sed quum hinc quatuordecim dies continuos tempestate pluviosa esset proficiscendum, multi rursus illum in morbum inciderunt, praesertim ad urbes nominatas Frankenhausen et Sondershausen. Non permagnis itineribus exercitus se recepit a Goettinga in Holsatiam, ubi aliquot

otii fuit militi, et aër paene semper frigidus et humidus; et inde febris rheumatica nervosa cum affectionibus pulmonum et diarrhoea, quae mox extinctae sunt.

Simulac frigus fuit purum coelumque serenum, cui Suecicus est adsuetus, copiae sese pararunt, ut Rhenum transjicerent, agrotantium numerus diminutus est, et ab illo tempore, usque ad id, quo Meclenburgicum intrarunt, haud morbis periculosis vel lethiferis milites sunt affecti.

---

Quum nostrae legiones omnino paucis tantum, sociorum autem tam multis implicarentur morbis, et pestiferae febres nervosae dysenteriaeque multos maxima cum virtute pro libertate pugnantes, rei publicae eriperent, et multi morbis chronicis cogerentur, ut in nosocomium abiarent, longe haud volvi, unde fit, quod nostri milites meliori, quam ceterorum bellis gerendis valetudine uterentur, et has esse caussas credo:

I. *Corpus robustum, duratum, bene constitutum militis Suecici.*

Suecicam terram non, ut regiones meridiales, ferre fruges, quae gustum valde delectant, sed climate salubriore illas compensare, inter omnes constat, et magna senum



copia, rari morbi epidemici, et peregrini, aliquot in Suecia versantes, satis indicant et testantur. Robusti beneque constituti corporis a pueritia ad omnem tempestatem tolerandam, omnemque calorem contemnendum durari est Suecicus miles, praesertim rusticus, qui, corpore fortissimo, multis ut aliis in terris agricola, morbis non est subiectus. His ex firmis rusticis omnis fere exercitus Suec. constat, et id hominum genus quaque climatis et aëris vicissitudine difficile corruptum, corpora multo pernoctando sub coelo atro in agris non languisse minime miraberis. Et quum rarissime recente vescantur carne sed maxima salsa, et halecibus aliisque piscibus salsis, uno verbo cibis validis recentes et molles a Germanicis paratos facile concoxerunt.

Plurimi militum uxorem duxerunt, paceque in familia dilecta aetatem agunt, quo magnis in urbibus a vencere impediuntur, quae facile contagione accipit corpora et valde debilitat.

Ut GUSTAVI ADOLPHI et CAROLI XII. copiae, sunt nostrae et erunt: nam conditio rustica in Suecia adhuc permanens, ipsos iis ab vitiis prohibet, quae vires frangunt. Quanquam spiritu viri magnopere delectentur, tamen nonnulli admodum, certe non plures, quam ex aliis, certe rariores quam ex singulis legionibus illum hauriunt.

*II. Suecicos armatos paucis esse contentos.*

Milites Suecici domi non sunt delicati, bellique ad libitum, ut quondam superbi satellites nunc expulsi tyranni, requirere; prohibet disciplina accurata.

Multa est Suecicus, sed bene digerit et vili cibo contentus est; digestionis vires semper sunt integræ, omnibusque effugit morbis, qui ex cibo artificiosius facto oriuntur. — Nullus fortasse aliis miles contentior est, et rarissime aliquem cibo malo incontentum, qui non renunciaret, si edendi etiam libido invitabat et famem ipsam toleraret, vidi.

*III. Moderate spirituosos haurire potus.*

Saepe quidem, libenter nostros inebriari, exprobatum est, sed incautius ab singulis in universum conclusum. Vinum adustum, quo incolae septentrionales vix carere possunt, cupide bibitur, Suecicus autem ipsi est adsuetus et multum potest haurire, donec inebrium sese redderet. — Permagnos militem labores perficere, multosque dies in frigida et humida tempestate versari coactum esse, ne obliviscaris, si illius bibendi cupidio vituperatur; nam dubium non est, quin, ut plures medici militares experti sunt, armati multo rarius in morbos, qui a climate excitantur, incident, si huncce potum assumunt, et exercitus, qui illo omnino in-



digeret, semper fere, autumno maxime et hyeme dysenteriis, diarrhoeis, colicis et aliis morbis gastricis affectus esset.

Purum praeterea spiritum frumenti sine aromaticorum admixtione bibunt, et multos potus spirituosos, quibus tanquam veneno gradatim exanimante australium vires languescunt, haud neverunt. Nunquam in exercitu morbis vino adusto saepius sumto, excitatis laborantes curavi.

*IV. Vetito concubitu rarissime frui.*

Plurimos, horribile est visu, aegrotantium non modo venereis genitalium affectionibus, sed etiam lue venerea et inde ortis consecutivis morbis, si Francogallica nosocomia viseris, invenies; et tertium semper omnium, qui Francogalli male se habent, in morbum ab ipsis sic dictum, incidisse, plures medici Germanici, quorum praesertim Cel. MASIUS, Professor Medic. Acad. Rostochiensis, qui ante aliquot tempus nosocomio Francogallico militari praefuit, contendunt. — Non ita nostro in exercitu; altera et maxima pars conjugium inita, in uxorem fidelior quam ut malam non moderaret cupidinem, — altera conjugii expers, Gallorum procacitate vacans, non tam polita est, ut mulierum gratiam iniret, et religiosior quam ut aliquam violaret.

Majorem quidem Suecicorum moderationem efficit natura minus mobilis et irritabilis, sed mores minus corrupti — Francogallorum mores duce Napoleone omnibus satis noti — venereas lues sic prohibuere, ut tota in legione, cui sum princeps medicorum praepositus, omni tempore procul patriae exacto; *quatuor tantum* illo malo corrupti exstitissent, quod etiam ceteri medici militares Suecici affirmant.

*V. Suecicos esse religiosos.*

Religione permotus, qua nostri excercitus disciplina illustris servatur, qua tam multi alii superantur, minime miles committit facinora, quae enarvarent, effraenarent; religioni, quae et bello, quin et in proelio colitur, si res postulent, maxime debetur, quod miles noster et hostes bene tractet, devictis parcat, seque ipsum proeliis commissis, castrisque captis superet. Quantum discrepat a mercenariis Francogallicis, qui, pugna facta vel arce occupata, omnino se addicunt sensibus, qui valetudinem extinguent, et Iuium catervas, cupidinis, victusque immoderate assumpti effectiones, producunt. Nam dei cultu abrogato, simul milites effraenati et effoeminati.

*VI. Convenienter vestitos esse.*

Nostrae copiae sic vestitae sunt, ut facile hyemis incommoda et solis ardores defendant, neque ex aestate molestiam capiant. Cuique militi est toga, et breviata, tunica cum manicis panno coeruleo facta, fascia corporis, braccae longae et laxae, aestate linteo albo, hyeme panno factae, et caligae solidae. Omnis vestitus est longus et laxus, nam vestem arctam minus frigorem defendere, et arctiorem saepe morbos lethiferos, haemorrhagias et apoplexias suscitare, experientia docet. Plures etiam doctores, qui de re militari scripserunt, vestitum arctum citius inutilem fieri contendunt, et ita est.

Caligae militum legionis, cui sum adscriptus, quia magis fovent, et liquorem penetrantem, quem calcei et tibialia vel ex linteo vel ex corio prohibere non possunt, avertunt, certe calceis, plurimis quidem temporibus sunt praferendae; nam bono corio et sic probe elaboratae sunt, ut pedum ne ullam quidem partem premant et laedant.

Maximam partem pileis utuntur milites rotundis, qui unum quoad latus erecti latoque muniri sunt annulo ex aurichalco, et an pileis galeatis (Tschakko's) postponendi sint, quaestio est. Qui pilei humores ex aere libentius hauriunt, continuaque tempestate pluvia citius illis pereunt,

capita tamen minus gravant, rariusque attrahunt oculorum morbos.

Corporis fasciam, quae ventrem fover, multosque tristi tempestate morbos gastricos, dysenterias et colicas impedit, maxime sanitatem conservare credo.

Suecicos esse immundos, quod saepe vitaperatum, in universo falsum habeo; nam saepe lavare et indusia mutare praescriptum est et repugnantes poena gravi afficiuntur. Rariorem igitur, quam in Germania creditur, esse nobis scabiem, et omni hocce in bello decem vix meae legionis scabiosos fuisse ex veritate affirmo; non nullos quidem, ut quoque in acie, munditiei haud esse studiosos, bello gravi et longo impediti non potest, nostros autem, ceteris copiis immundiores, nunquam concedam.

#### VII. *Magnam haberi militum in itinere diligentiam.*

Itinerum pericula sunt multa et diversa, quoad militum ordines, tempestates, itineris ipsius longitudinem, vivendi morem et disciplinam, quae legiones et proficiscendo et in hospitio nocturno agunt. Omnino copiae pedestres multo magis defatigantur itineribus, quam equestres, quae ex iis etiam molestias capiunt. Bellis, quae acriter geruntur, proficisciendi labores facile morbos



efficiunt, per se tamen itinera, quae rarissime festinanter fiunt, sed quae ad ipsa pertinent (ardores, frigora, vigilia etc.) nequaquam periculosa.

Si exercitum valere dux cupit, magna in itinere diligentia est adhibenda, qua permulti conservantur milites, qui illius expertes non brevi tempore amplius agere poterunt et in nosocomia militaria deduci debent. Moderate aut lente viam ingredi et hyeme et aestate boni ducis est, si res concedant. Nam festinanter proficiisci, praesertim in principio, non modo fatigat et consumit militem, sed etiam sudorem evocat, qui nocebit, quia indusia mutari non possunt. Quo celerius iter coelo frigido, eo magis sudor moveretur; via arenosa et arida pedes pulverem excitant, qui oculis et pulmonibus incommodat; et via molli facile miles defatigatur.

Ut solis ardores evitentur, prima cum luce castra movenda et talia itinera sunt facienda, quae ante solem meridianum perfici possunt, quod autem saepissime impossibile; atque ea de causa ardoris effectus diminuendi. Lente atque commode armatus ingredi et consistere nonnumquam debet locis, quae calorem temperent et solis radios a capite praesertim avertant. Ne miles sudatus vestem solveret, nec aquam frigidam, nec ipsam vino

adusto mixtam, nec cerevisiam, nec, si exercitus etiam constitisset, prius quid biberet, quam refrigeratus sit nec hyeme frigida in itinere, nisi necessitate coactus consistat, idque nequaquam longe, maxima cura est caverendum. Nil periculosius est, nil facilius attrahit morbos graves, quam multa per tempora vestibus humidis proficisci; igitur antequam habitus exsiccati sunt, si tota res tempestate pluviosa fert itinera, armati hospitiis exire non debeant. — Ne gravatae sint in itinere maturato aut via accliva aut calida ordines pedestres, nam tunc duplico oneri perae, quae ab iis adimendae sunt.

His legibus maxime, quas diligenter sequitur quod, tot paucos habet in itinere aegrotantes et defatigatos, debet Suecicus exercitus. Itinera frigore puro inita tantas non molestias dant, ut facile intelligitur, nostris legionibus, quantas in calore seu tempestate uvida, qua transacta nostri statim respirant, et bene se habent, si maximum sit etiam frigus.

### VIII. *Diligentiam ciborum etiam adhiberi:*


Non Suecicorum est, ut olim Francogallorum milites nutriti committere fortunae, quod partim omnia confundit, partim ut victus requireretur et offerretur, qui




cuique placeat, et saepe valetudinem corrumpere, omnemque exercitum perdere possit, efficit, sed victum cum sufficientem — tum salutarem ipsis praeberti tam diligenter procurant nostri duces, ut in genitorum modum, omnibus, quae ad militum victum pertinent, praesertim pani et aquae bello utilissimis consulant. Nihil etiam exercitui est periculosius, quam panes cibarii et aquae putrefactae, quibus assumptis omnes milites facile perire possunt.



Quae pauca tantum lectori benigno nunc offere possum, nam omnium adjumentorum literalium expers et continuis negotiis militaribus sum obnoxius; longius et accuratius rem hancce exposuisse, si otia mihi fuissent, igitur indulgentiam et judicia haud acerba petere mihi liceat.







## II

Majorem quidem Suecicorum moderationem efficit natura minus mobilis et irritabilis, sed mores minus corrupti — Francogallorum mores duce Napoleone omnibus satis noti — venereas lues sic prohibuere, ut tota in legione, cui sum princeps medicorum praepositus, omni tempore procul patriae exacto; *quatuor tantum* illo malo corrupti exstitissent, quod etiam ceteri medici militares Suecici affirmant.

*V. Suecicos esse religiosos.*

Religione permotus, qua nostri excercitus disciplina illustris servatur, qua tam multi alii superantur, minime miles committit facinora, quae enarvarent, effraenarent; religioni, quae et bello, quin et in proelio colitur, si res postulent, maxime debetur, quod miles noster et hostes bene tractet, devictis parcat, seque ipsum proeliis commissis, castrisque captis superet. Quantum discrepat a mercenariis Francogallicis, qui, pugna facta vel arce occupata, omnino se addicunt sensibus, qui valetudinem extinguunt, et luium catervas, cupidinis, victusque immoderate assumpti effectiones, producunt. Nam dei cultu abrogato, simul milites effraenati et effoeminati.

B 2

